

Rome, 22 février 1602.

/ Reverende Pater. Exulto, mihi crede, in Domino, quòd inter
 tot rebelles filios quos in istis regionibus patitur pia mater Ec-
 clesia, unum habeat tam obsequentem et morigerum, Illustrissimum
 videlicet Dominum Ioannem Comitem, ut in eo vere quiescere possit.
 5 Orandus est Deus, ut tam probum Principem diu servet incolumem, et
 non minus pietate et fervore, quàm imperio et ditione augeat. Uti-
~~quàm multos, sed pùblici haberet, et tunc nò sèquens eò in dubitandum - tunc enim -~~
 nam multos similes haberet Germania; neque enim dubitandum esset,
 quin brevi, depulsis errorum tenebris, pristinum veritatis lumen
 aspiceret. Pergat R.V. ut facit, in tam sancto opere, quod valde
 10 proprium Societatis nostrae esse videtur, et me in his ultimis an-
 nis ab uberibus matris avulsum, et negociis publicis implicatum
 orationibus adiuvet. [Romae, die 22 Februarii 1602.]

[F.B. 5, f.134^v. Minute autogr., sans destinataire; date incert.
 Fuligatti, Epp.famil. XXI]